# Band III., Nr. 690, Seite 169-170

*König Heinrich VII. bestätigt dem Kloster Schöntal den Kauf des Gutes Bieringen von dem edeln Mann Heinrich von Langenburg und seiner Gemahlin Sophie.*

## Schwäbisch Hall, 1225. April 28.

(Chr.) In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus septimus, dei gratia Romanorum rex semper augustus. Deo omnipotenti gratum non ambigimus prestare obsequium et ad utriusque vite felicitatem scimus nobis prodesse, si personas religiosas et loca divins mancipata obsequiis pio curaverimus defendere favore et ea que ad ipsorum commodum pertineant salubriter promovere. Qua propter ad universorum imperii fidelium tam presentium qnam futurorum noticiam duximus perferendum, quod cum dilecti nostri Gotefridus abbas et conventus in Sconendal, ordinis Cisterciensis, a nobili viro Heinrico de Langenberc et uxore sua Sophia predium quoddam, situm in loco Biringen, cum omnibus suis attinentiis, preter mancipia utriusque sexus, pro ducentis marcis argenti comparassent et socrus prefati Heinrici Agnes de Bilrieth facte venditioni contradiceret, orta est inter ipsos vendentes et ementes disceptatio, eo quod abbas nollet Heinrico precium solvere quamdiu socrus contradiceret. Que videlicet socrus ipsum eidem Heinrico cum filia quondam sua ita contradiderat, ut ipse Heinricus libere et absolute eodem predio pro arbitrio suo posset uti et de eo disponere quecumque vellet absque socrus contradictione. Unde et ipsa tandem casse contradictionis impedimentum, quod obtenderat, relinquens, in nostram venit presentiam Hallis et ibidem coram nobis confessa est: quod monasterium et generum indebite inquietaverit, ac pristine contradictioni atque impeticioni sue prossus[a] abdicavit et renunciavit, sicque, omni impedimento facto de medio, predicti abbas et Heinricus in ipso contractu rite processerunt. Ad huius igitur rationabilis facti confirmationem et eius perhennem memoriam paginam hanc conscribi iussimus et nostro sigillo communiri, auctoritate regia statuentes et sub interminatione gratie nostre districte precipientes, ut nulla umquam persona contra factum hoc aliquo improbitatis ausu venire presumat.<br> <br> Huius rei testes sunt: Engilbertus archiepiscopus Coloniensis, Gerhardus comes de Diets; Gerlacus de Buthingen, Albertus de Alvelt, Cůnradus de Winsperc, Walterus de Hornburc[1], Fridericus et Heinricus Enze fratres de Bilrieth, Walterus Bacho

[a]So die Urkunde für *prorsus*.

[1]Vgl. WUB Bd. III, S. 136, Nr. 659 (Hornberg, Öhringen, KÜN); doch ist hier und dort eher an Hornberg, Kirchberg an der Jagst, SHA zu denken.

de Thetingen, Růdegerus de Herlekoven, Burchardus de Wagenhoven, milites; Ruggerus scultetus de Hallis et filii eius Ruggerus et Heinricus, Fridericus senex scultetus et filii eius Fridericus et Burchardus; Hermannus, Heinricus, Walterus filii domine Berlen; Heinricus et Burchardus Vmmazen fratres, Walcůnus, Erkenbertus, Cunradus de Dinkelsbvhel, burgenses in Hallis et ceteri quam plures.<br> <br> Datum in Hallis, anno dominice incarnationis M$^{O}$. CC$^{O}$. XXV$^{O}$., quarto kalendas Maii, indictione tercia decima.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An rot-gelber Seidenschnur hängt das durch die Mitte herab gesprungene, sonst gut erhaltene runde Majestätssiegel von rotem Wachs (sog. Maltha). Der König sitzt im Krönungsschmuck auf einem verzierten Stuhl mit Rücklehne und Fußbank und hält in der Rechten das in eine Lilie mit einem Kreuz darüber auslaufenden Zepter, in der Linken den Reichsapfel. Die Umschrift lautet: + HENRICVS D*e*I . GR*ati*A ROMANORVM : REX *et* . SEMP*er* . AVGVSTVS . (die E gerundet).

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
H 51 U 47

**Editionen:**
Uffenheimische Nebenstunden, Bd. 1, S. 1204, und bei Huillard-Bréholles: Historia diplomatica, Bd. 2, Teil 2, S. 841.

**Regesten:**
Regesta Imperii Abt. 5, Bd. 1,2, S. 719, Nr. 3969.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Schwäbisch Hall

**Aussteller:**
Heinrich (VII.); König

**Ortsindex:**
Allfeld Wohnplatz (5973)<br> Allfeld, Billigheim, MOS<br> Bielriet Wüstung (22214)<br> Bielriet, Schwäbisch Hall, SHA, W<br> Bieringen Wohnplatz (2646)<br> Bieringen, Schöntal, KÜN<br> Büdingen, FB<br> Diez an der Lahn, EMS<br> Dinkelsbühl, AN<br> Döttingen Wohnplatz (2745)<br> Döttingen, Braunsbach, SHA<br> Herlikofen Wohnplatz (4842)<br> Herlikofen, Schwäbisch Gmünd, AA<br> Hornberg Wohnplatz (2569)<br> Hornberg Wohnplatz (2986)<br> Hornberg, Kirchberg an der Jagst, SHA<br> Hornberg, Öhringen, KÜN<br> Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)<br> Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN<br> Köln, K<br> Langenburg Wohnplatz (3008)<br> Langenburg, SHA<br> Rom, Latium, Italien<br> Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)<br> Schwäbisch Hall, SHA<br> Wagenhofen Wohnplatz (5034)<br> Wagenhofen, Westhausen, AA<br> Weinsberg Wohnplatz (2238)<br> Weinsberg, HN